



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv
Doctoribvs Reseratvs**

Escobar y Mendoza, Antonio de

Lvgdvni, 1659

III. De exteriori Fidei confessione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

diuinum, an Ecclesiasticum? Partim est diuinum, naturale, partim posituum, Ecclesiasticum.

19. Num fideles alia extra symbolum callere teneantur? Tenentur quidem dignoscere Sacra menta quæ debent recipere, decem Decalogi mandata, quinque Ecclesiæ præcepta, ex Oratione Dominicâ petitiones promiscue saltem. Angelica salutatio, ac oratio **S A L V E R E G I N A**, haud necessarij quidem, sed tamen laudabiliter ediscenda.

20. Quenam in etate fideles explicitè teneantur prædicta credere? Quando usus rationis funguntur, sufficienti instruptione præcedente. Evidem obligatio hæc sub peccato mortali, nisi ignorantia excusat.

21. Quandonam Confessarius tenetur de Christiana doctrina penitentem interrogare? Quando probabiliter eum ignorare iudicauerit. Qui viribus educantur haud interrogandi, scimus iij, qui villis degunt.

22. Sufficit ne in mortis articulo ea agrotanti proponere, quæ uero debent melij necessitate? Sufficit ei proponere Trinitatis mysterium, esse Deum remuneratorem, carnem sumptuose, mortuum esse; quia agrotus haud vberioris doctrinæ capax.

C A P V T III.

De exteriori Fidei Confessione, ac disputatione eius
mysteriorum.

23. **T**enetur ne præcepto, Fidem exterius profiteri? De Fide est nos ad id præcepto obligati. §. I.
Confes-

24. Quandonam hoc præceptum obligat? Quando in odium Fidei interrogatur. Quando iudico ex mea publica confessione aliquem fidelem ad Christum accessurum. Quando ex silentio Deo debitus honor auferitur.

25. Qui rogatus de Fide, facit, violat ne præceptum confessionis Fidei? Publicè rogatus tenetur respondere, ne præceptum transgrediatur. At clam interrogatus, amphibologica responsione potest interrogantem illudere. Profectò aut interrogetur quis, aut non, nunquam est licitum se Christianum abnegare. Qui se Turcam, aut hereticum esse falsò affirmat, contra debitam Fidei confessionem agit; non autem qui se abnegat Sacerdotem, aut Missionem exaudiisse; quia

Non

verita

562 *Moralis Theologiae Tract. V. Virtutes,*
veritatem quidem violat, non Fidei confessionem. Nec Clerici, qui uestes deponunt, quando per urbes hereticorum peragunt, ne Catholici habiti vexatione afficiantur, Fidei violent confessionem.

26. *Quiesnam licita fuga persecutionis tempore, quiesnam illicita?* Eis solis fugere licet, quorum praesentia non est necessaria. At Parochi, Pastores, personaeque publicae haud fugere dare possunt; quia eorum praesentia fidelibus est necessaria.

27. *Tenemur ne aliquando fugere?* Minime, nisi periculum adsit Fidei adneganda. Porro quando necessitas non vige, aut maioris boni probabilitas desit, ex lege naturae vivi tueri debemus.

28. *An licet externis uestibus Religionem dissimilare, ut infidelium cultum fingere?* Licet, modò non se uestis illa distinctiva expresse Religionis, ob specialem cultum debitu sectae authori.

29. *Num licet Catholicis apud infidelium hospitia caribus vesci sexta feria, ad Fidem dissimulandam?* Si se simula debilem, aut ægrotantein, non delinquit aduersus Fidei confessionem; quia tunc Fides celatur quidem, non abnegatur. Porro si carne vescatur, ad vitæ periculum fugiendum, non delinquit; quia ex se carnium eus haud est signum infidelitatis.

30. *Quid de ingressu ad hereticorum delubra, sermonum additione, &c. Potest quis interessi, modò non adsit scandalum, aut periculum peruersio-*

nis Religionis signum. Non licet, ex Pauli V. declaratione.

31. *Licet ne non gestare statutum signum, ut vera Religionis distinguatur à falsa?* Regulariter non licet, affirmo; secundum grauem causam, modò absit scandalum.

32. *An possit seruus domino heretico in templo famulari?* Potest, modò in ritu infideli cum illo non communicet. A falsam Religionem simulare, nunquam est licitum, nisi forte per iocum.

33. *Quinam teneantur ad externam Fidei professionem a precepto Tridentini?* Parochi tenentur, aut Canonici, & dignitates Cathedralis Ecclesiæ Episcopi, Archiepiscopi Provinciali Concilio assistentes. Extenditur quidem ad Magistros regulares, & ad quoscunque facultatis cuiusvis professores. Quæ quidem publica professio Fidei personaliter facienda intra duos menses à Beneficij possessione, sub pena frustuum amissionis.

34. *Quis*

34. *Quis nam prohibitum sit, de rebus Fidei disputare?* Cūm §. 2.
sit duplex disputatio, vna materialis sine animo quidem im- Dispu-
pugnandi Fidem, altera formalis inter Catholicos & hæreti- tatio de
cos; hæc naturali iure prohibitur ignorantibus, ob pericu- Fidei
lum Fidei despectionis. At Canonico iure omnino laicis pro- Mys-
hibita, est, modò necessitas non urget. rüüs.

C A P V T IV.

De Peccatis contra Fidem.

35. *P recipua crima contra Fidam assigna.* Sunt ignoran- §. 1.
tia, Paganismus, Iudaismus, Hæresis.

36. *Ignorantia crimen expende.* Licet ignorantia eorum, Ignoran-
qua necessaria sunt, nec est actus malus, nec actus boni præ-
cepti cessatio, sed habitus quidam: tamen ex aliquo capite
potest esse peccatum. *Quis voluntariè Fidem ignorat,* & ideo
in aliquem errorem aduersus eam incidit. Si promptus sit ad
emendationem, & credat implicitè quod credit Ecclesia, hæ-
reticus non est.

37. *An possit dari inculpabilis ignorantia circa Fidei My-
steria?* Potest, & tunc est quædam infidelitas purè negativa.
Porro ignorantia vincibilis duplex est, vna priuatiua, cūm
adulterus caret Fide, quam & potuit, & debuit habere: altera
postiua, cum iudicat falsum aliquod Fidei Mysterium, aut
res, quæ credenda proponitur.

38. *Paganismi crimen exponas.* Pagani haud sacris scri- §. 2.
pturis adhibent fidem. *An cogendi ad fidem suscipiendam?* Mi-
nimè, præcipue cum subditi non sunt; licet & amicis verbis,
& munusculis illos allucere. Subditi possunt cogi ad Fidem
audiendam, non subditi minimè. Potest Princeps, aut domi-
nus cogere eos ad naturalis legis obseruationem, & ne impe-
diant Euangelij prædicationem & punire eos ob iniuriam
Christianarum Religioni illatam.

39. *An ritus Paganorum tolerari possint?* Ita planè, si non
cedant in Ecclesiæ iniuriam. Prohibitum quidem iure, Paga-
nos Ecclesiæ subditos Christicola mancipia habere; quæ qui-
dem possunt fugere, vt ad propria se referant.

40. *Num liceat Pagans vendere ea, quæ ex se ad supersti-
tionem pertinent, v.gr. idola?* Minimè. Indifferentia autem, v.
g. lapides, ligna, vendi possunt, licet ab eis sint infidelem in
vnum conuertenda.